



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

Documnta duo notabilia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

firmes: quia quo sapius hos actus  
 continuaueris: tantò maius lucrum  
 consequeris ac post breue tempus à  
 rebus terrenis expedita, dilecto tuo  
 IESV Christo vnieris.

Quintò hortor: vt cùm hoc fœ-  
 dus cum Deo inis, non intendas vo-  
 tum facere, aut promissionem obli-  
 gatoriam, quæ vim habeat te ad no-  
 uum præceptum, vel peccatum ob-  
 ligandi: sed tantummodò oblatio-  
 ne libera te ipsi offerre.

Sextò, aduertes, cùm mentio in-  
 fertur de renunciatione omnium  
 rerum terrenarum. id intelligi de-  
 bere quoad affectum, in illis qui  
 actu eas possident: dummodo ani-  
 mum habeant omnia relinquēdi, si  
 hoc Deo potius placere noſſent.

*Documenta quadam singularia.*

**D**uo sunt maximè necessaria, ad  
 ingentia Spirituality lucra con-  
 quirenda, quæ hîc subijciam.

Primum est, Aspiratio. Secūduum,  
 Amor vnitiuus, quæ ambo cælestiū  
 thesaurorum nos participes consti-  
 tuunt.

Pri-

Primum, videlicet, Aspiratio, exercetur hæc ratione: Corde vel ore proferuntur orationes quædam, quas iaculatorias vocant: uti sunt hæc.

O Iesu quando ero totus tuus?

Quando te toto corde diligam?

O D E V S quando in fornace tui ardentissimi amoris ardebo?

O Ignis diuini amoris, quando cor meum succendes?

O D E V S cordis mei, quando transformabor totus in te?

O Amor meus, quando ero totus in te & tu in me?

Hæ & his similes oratiuncule ore vel corde incessanter cogitandæ aut proferendæ sunt, cum impetu amoroso, magna vi & efficaci, cum desiderijs ardentibus, & inflammatis suspirijs, præsentiam dilecti sponsi I E S V Christi desiderando.

Secundum verò, videlicet amor vnitiuus, qui à primo nascitur, & diligenter exercendus est, quousque ad perfectionem perueniatur, quod

cam.

PARS TERTIA. 429

cū factum fuerit, non est amplius necessaria hęc diligentia, sed in ictu oculi, ad minimum voluntatis motū, aut ex affectu inflammato, cor sine vlla cogitatione euolat, seque in sinum dilecti sui recipit.

Ad exercitandum itaque amorem hunc vnitiuum, opus est vt in principio quædam oblata tibi proponas, & ex illis occasionem sumas, ad vnionem sponsi tui dilecti suspirandi: exempla quædam hęc adnectam, vt instruaris de modo, quem cū semel perceperis, postea Deo iuuante, alia meliora facilè reperies.

Primum obiectum sit ferrum ignitum: vbi considerando, quomodo ignis penetret, & informet totum ferrum, & substantiam eius non immutat, sed qualitates tantum, vti sunt, nigrum, frigidum, durum: efficiatque illud lucidum, calidum & molle: in corde tuo sic suspirare poteris.

O Domine, vtinam dignus essem,  
vt me sic penetrares & informares,  
sicut

430 TESTAMEN. ANIMAE  
sicut ignis durum illud ferrum.

Atque in hac consideratione aliquanti per immorari, ad diuinam vnionem ardentem suspirando: mox enim fructum desideratum lenties.

Secundum obiectum est: Considerare quomodo vinum maxime rubrum, in calicem aqua lympidissima plenum immissum, statim cum ea vniantur.

Tertium obiectum sunt rose, precipue rubrae, violae, mala punica, & denique omnia rubra, incarnata, aurea, aut similium colorum, vbi considerando quomodo hi colores cum quantitate supradictarum rerum vniantur, poteris desiderare vt horum colorum & omnium rerum factor tecum vniantur.

Quartum obiectum est. Considerare quomodo lux solis cum aere coniungatur: ideoque desiderare, vt verus iustitiae sol DEVS tecum vniantur.

Quintum obiectum sunt nubes  
can-

candidæ, sicut nix qui aliquando in  
in aere apparent.

Sextum sunt nubes rubæ, qui  
summo mane oriente Sole, aut ves-  
peri occidente Sole conspiciuntur:  
vbi considerando quomodo lux so-  
lis nubes illas rubras & candidas in-  
formet ac penetret: poteris profun-  
dis & ardentibus suspirijs deside-  
rare vt diuina lux te similiter in-  
formet.

Septimum est Aurora speciosa  
& rubens: vbi considerabis quomo-  
do paulatim oriatur, & paulò post  
tota in lucem Solis immutetur. Sic  
anima iusti primò paucillum diui-  
næ lucis habet, at perseuerando in  
diuino seruitio, indies augmentum  
accipit, donec tandem ad perfecti-  
onem pertingat, & tota in DEVM  
transformetur:

Placeat DEO ad hanc nos perfe-  
ctionem prouehere, & semetipsum  
nobis donare, quod fiet, si nos ipsos  
ei totos dederimus. Amen. Amen.

IN

43<sup>o</sup> TESTAMEN. ANIM. I.

IN NOMINE PA-  
TRIS ET FILII ET SPI-  
RITVS SANCTI,  
Amen.

*Orationes iaculatoria ad Christum  
crucifixum.*

**O** dulcissima Virgo MARIA  
mater DEI, da mihi IESVM  
Christum, crucifixum, filium tuum.

O Virgo benedicta largire mihi  
eum, quia nihil aliud in hoc mundo  
cupio, quam IESVM Christum  
crucifixum.

Intercede apud eum pro me, vir-  
go sanctissima, vt me suscipere di-  
gnetur.

O dulcis IESV, visne me in fi-  
lium tuum suscipere.

Ego aliud nihil praterquam te  
desidero.

Ego pro tui amore, IESV amor  
meus, huic mundo & alijs infinitis  
mundis alijs, cum omnibus pompis  
vanitatibus eorum renuntio.

Ego Dæmoni, mundo & carni, &  
omnibus, quæ tu non es, valedico.

Ego